



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De eruditione christifidelium**

**Herolt, Johannes**

**Colonie, 27. X. 1496**

De filiabus inuidie que sunt quinque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30784**

quoniam quod dicitur de bono alteri in quantum est suum vel aliorum bonorum et comitatus no-  
cumentum: et hoc etiam non est proprie inuidia  
et potest esse sine peccato. **U**n de greg<sup>o</sup>. xxiij  
li. moralium. Si enim alicui bonum et propter se  
cederet in corpore temporalibus: et esset eide oc-  
casio peccandi: et in detrimentum anime sue.  
licite de hoc aliter potest tristari: quia bona anime  
preponenda sunt bonis corporis. quia sunt dignio-  
ra et meliora. **U**n arist. i. eth. Bona anime  
sunt maxime bona. i. scilicet virtutes. **I**tem bonum  
coe preponendum est singulari ut dicit arist.  
ij. ethic. Bonum coe est diuini quam priua-  
tum. Quarto quando quis tristatur de  
bonis alterius cum ille cui accidit hoc bo-  
num est eo indignus: quod non potest contin-  
gere virtuosus: quia eo ipso quod aliquis habet  
talium iustus efficitur et dignus eisdem. h. esse  
dicitur de bonis fortuitis que possunt  
provenire dignis et indignis. **S**ed quia  
sunt de contrarietate fidei bona que proveniunt  
indignis in his fortuitis. i. temporalibus dei  
providentia et iusta dispositione proveniunt  
vel ad illorum correctioem: ut per hec allicia-  
antur ad deum. vel ad remuneracionem  
pro bonis que hic faciunt. vel ad maiorem da-  
nationem. **I**deo sacra scriptura sancti do-  
ctores talem tristitiam non commendant. h. potius  
prohibent. **Q**uia debeo deo committere ex  
orare deum pro eo ut sibi gratias det. ut sic tra-  
tur talibus bonis temporalibus ad salutem. et  
non ad damnationem. **Q**uinto si dicitur solus  
propter eminentiam alteri: et talis modus si-  
licet indeliberatus: est peccatum veniale: h. pa-  
ret ex eo. quia cum ratione fauet et operatur sibi omnem  
bonum. **E**rgo si dicitur de bono alterius ex  
invidentia deliberata de alteri excellen-  
tia propter hoc quod aliter excedit ipsum in talibus bo-  
nis: scilicet in sapientia. vel in rebus temporalibus: si-  
ue in favore hominum siue quia habet ampliorē  
gloriam et excellentiam est peccatum mortale. et in hoc  
est proprie inuidia. et istud species est malum. quia dicitur  
quod gaudendum est: scilicet de bono proximi. quia est con-  
tra charitatem proximi. quia si diligo proximum  
sic debeo et teneo: tunc faueo sibi quicquid  
deus ei fauet. et ad hoc quilibet tenetur.

**I**sta autem inuidia provenit primo  
ex superbia. unde **A**ug<sup>o</sup> de sermone domini. sermone  
liij. **U**bi dicitur surrexit superbia statim erit  
ibi inuidia: non potest superbus non esse in-  
vidus. **I**tem provenit ex inordinata concu-  
piscencia que ipse appetit illa bona temporalia se-  
ue honores in quibus ille est excedit. **U**n  
**B**reg<sup>o</sup>. in omel. Quicquid in mundo concu-  
piscimus: hoc proculdubio proximo invidi-  
mus. **V**idet enim quod nobis desit quod aliter  
afficitur. **I**tem provenit quicquid talis delibe-  
rata inuidia (de qua iam dictum est) de certa  
malicia. puta cum propter depravationem aliter  
quod nec amat bonum gratie et fructus in se-  
ipso: nec videre potest in alio. et hoc est in-  
spem scilicet peccare. et hoc peccatum dicitur in-  
videntia fraterne gratie

#### De filiabus inuidie.

**E**quitur de filiabus inuidie. et quomodo  
sunt peccata mortalia vel non  
**D** **C**irca quod sciendum. quod  
ma filia inuidie est odium. hoc est velle ali-  
cui malum et nolle bonum: hoc vult magis  
lucrum et perversum est. quia debeo omnibus bo-  
num velle. deus enim ex malis que permittit  
fieri elegit bona. h. invidia et odium econ-  
verso ex bono elegit malum: imo aliquando  
cupit pro bono reddere malum. et ergo odi-  
um tale directe opponit charitati. id est sunt  
genus suum est peccatum mortale. h. propter  
perfectioem actus possit esse veniale. scilicet  
quod est sine deliberatione. **O**dire tamen vitium  
et non naturam hominis non est peccatum nec pro-  
prie dicitur odium: h. potius amor et dilectio  
quia ille qui odit malum alicuius proprie diligit  
bonum suum. **E**t sic patet quomodo odium sunt ge-  
nus suum est peccatum mortale vel veniale. et  
quod non. **U**n de odio vitiorum et peccatorum  
dicitur per se. **P**erfecto odio oderam illos. **C**as-  
iodorus. **P**erfectus odium est homines dilige-  
re et eorum vitia se abhorre. **U**n etiam  
**H**ugo super **E**ccl. **P**erfectum odium est quod cri-  
mina odium et non homines **E**t **C**irca  
cunda filia est susurratio. ut susurrae et dis-  
cordias seminare inter pacificos. vel ex in-  
vidia amicorum vel amicitiam auferre siue

## De peccato

tollere. Unde dicit glo. **Johis. i.** Differe[n]tia est inter susurronem et detractorem. **Susurro** inter amicos discordias seminat. detractor autem aliorum bona negat et minuit: ut patet per **Hermannum de schulditz**. **Susurratio** est grauius quam sit detractio. **Auferit** enim amicitiam quam profert omnibus bonis temporalibus. quod sine amicis nullus possit viuere. ut dicit **philosophus. 8. ethicorum.** **Ecclesiasticus. vi. dicitur.** Amico fideli nulla est comparatio. **Quod** huiusmodi uicium deus multum odiat. ex hoc patet quod deus multum diligit pacem. **Ideo** uenit de celo: ut pacem faceret inter deum patrem humanam naturam. **Et** quando exiit de mundo ad patrem pacem suis discipulis relinquens dixit **Johis. 14.** Pacem meam relinquo uobis. pacem meam do uobis. **Et** post resurrectionem apparuit discipulis dicens. pax uobis. et ostendit eis manus et pedes quasi diceret. **Attendite** quod charitas pax est enim. **Gratia** diligenter seruate ut filii dei esse possitis. **Matthaei. 5.** **Ubi** et **gregorius.** in pastoral. **Si** de uocatur filii qui pacem faciunt: proculdubio sathane sunt filii qui confundunt. ergo quicumque exposito et exinuldia discordias seminat inter maritum et uxorem. siue inter alios homines cuiuscumque conditionis: mortaliter torrens peccat: et diabolo familiaris fit. **Ubi** **Gregorius** in pasto. **Sicut** nihil est preciosius deo uirtute dilectionis. ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. **Quis** enim seminando iurgia dilectionis proximozum perimit hosti dei familiari seruit. **Item** sicut pax est uia et dux ad uitam eternam. ita discordia ad infernum. **Ubi** **ambrosius.** sup. lucam. **Pax** est dux ad uitam eternam. **Et** sic christus moratur cum pacificis. **Pro** in pace factus est locus eius. sic diabolus cum litigiosis. **Et** sicut pacifici in futuro possidebunt regnum eternum ubi eterna pax est: sic litigiosi possidebunt infernum ubi est eterna discordia inter demones et damnatos. **Ubi** etiam **augustinus.** de ci. dei. li. 19. **Non** poterit ad hereditatem domini peruenire quisquis testamentum eius noluerit obseruare.

**Exemplum:** legitur quod quidam uir cum uxore sua triginta annis uixit in tanta pace quod diabolus in his eos simul facere discordes non potuit. tunc accessit diabolus ad quamdam antiquam uetulam et promisit ei duos novos calceos quod faceret discordiam inter uirum illum et uxorem eius. **Quod** illa promisit: et accessit ad uirum dicens quod uxor sua unum alium haberet quem diligeret et eum occidere uellet: nisi sibi ualde caute uiuideret. **Quod** idem uir promissus credere noluit. **Tunc** postmodum accessit ad uxorem dicens ei quod maritus unam aliam amaret. et cum de sero simul comederet in mensa: uir uxorem toruo uultu respexit. et uxor econuerso ostendit indignationem erga uirum. **Tunc** uir etiam cepit adhibere fidem uetule. **Tunc** altera die accessit ad uxorem dans ei consilium quod magnam cultellum uiri sui ad aquam benedictam truderet in ecclesia. et de nocte sub cussino uiri poneret et cum ob dormire desuper promitteret: tunc eam reamarat. **Et** eadem die accessit ad uirum dicens ei quod de nocte uigilaret: aliter eum uxor sua interficeret. et in signum huius cultelli suus sub cussino illa nocte inueniret. **Quem** cultellum ipse sub capite suo reperies arripuit et uxorem propriam cum eo transfixit. **Et** diabolus calceos quos uetule promissit in hasta suspexit et ei trans aquam porrexit ubi stetit et pedes lauit dicens. uereor tibi appropinquare: ne me similiter decipias sicut uirum et uxorem decepisti. **Ubi** metrista. **Femina** demonio tribus assibus est mala peior. **Tertia** filia inuidie est gaudium in aduersis proximi. quod gaudes de his quod proximo male succedit. hoc uirum malum est et puerum. **Illa** enim exultatio inuidie est quasi gaudium freneticorum: qui gaudent de hoc unum flendum est. immo est gaudium diabolicum: cum sit de malo alterius. **De** hoc gaudio loquitur **Salomonus. Prover. xvij.** **Qui** in ruina letatur alterius: non erit impunitus. **Uirum** est quod inuidi gaudent de malo: cum tamen ipsi quantum ad naturam sunt boni. quod omnis creatura dei boni

na est. ergo deberet gaudere de bono et non de malo. h. hoc accidit quia malicia est quodammodo eis in natura conuersa. et ideo de malicia gaudent inuidi. Inuidi videtur petiores porcis. porcus enim porco qui occiditur comparatur. h. inuidi oppositum faciunt. **Q**uarta filia est tristitia in prosperis primi. et hoc vitiosum malum est. et talis est infelicissimus hominum. quod patet ex hoc quod inuidus excecatur ubi deberet illuminari. **J**ob. v. Per diem incurreret tenebras. **G**regorius. Mens inuidi cum de alieno bono affligitur de radio lucis excecatur. Inuidi a deo sunt infelices quia ipsi amittunt quecumque alij lucrant. quia ipsi de sanitate aliorum insistant. et de vita moriuntur. Sicut deum diligentes omnia cooperantur in bonum. ita e contrario inuidi omnia cooperantur in malum que audivit vel videt. quia si bona vel prospera contingant tunc affliguntur propterea. si autem mala et tristitia tunc letantur. et hoc sepe cedit eis in periculum. unde **S**eneca. Urinam inuidi in omnibus civitatibus aures et oculos haberent: ut de singulis prosperitatibus hominum torquerentur. **Q**uinta filia inuidie est detractio. Qualiter autem detractio detestanda est. et quot modis fiat detractio. et de his que libenter audiunt detractio nem: hoc totum habetur in quinto precepto. **P. 2. Q.**

**S**equitur quarto videre quomodo inuidia occultat se sub triplici specie virtutum. **P**rimo sub falsa specie zeli et rectitudinis. et hoc maxime contingit in illis que se dicunt odire vitia hominum. et cum se diligenter refumerent inuenirent se non odisse vitia h. naturam. Et inde est quod isti etiam frequenter dicunt solum se reprehendere vitia aliorum ex zelo rectitudinis. cum tamen hoc plerumque faciant ex fomite odij. quia invident alijs ex hoc quod sibi parificant vel quod ipsos excellant in his quebus singulariter appetunt apparere. Et ista occultatio secundum **G**regorium. est nimis periculosa. quia ut ipse dicit est difficilis ad cognoscendum et etiam ad repellendum. Nam verbum dicit **G**regorius

xxxij. li. moral. **E**rro: dum virtus creditur difficile emendat. quia sepe dum homo credit se exercere virtutis actum: exercet potius vitiosum. Et exinde ulterius contingit quod homo quandoque suos proprios defectus defendit et occultat sub specie virtutis aut amoris aut exercitii virtuosum. Remedium contra potest esse illud. Nam que scire desiderat an ipsum hominem vel potius ipsius vitium odiat. hoc ex eo scire poterit. quod homo seipsum perscrutetur et diligenter attendat. utrum sincero corde et dulciter ad illud afficiatur cuius vitium persequitur. Et si inuenit quod illum hominem dulci corde amplectitur. signum est quod solum ipsius vitium detestatur. unde **G**regorius in moral. **A**ffectus interne dilectionis excludit amaritudinem odiosi livoris. Si erga illum aliqua amaritudinem sui cordis deprehendit: non erit se non ipsum vitium h. naturam sub specie virtutis detestari. Et huius inuidie **G**regorius triplex signum ostendit. Primum est quod facies hominis ex eo pallescit quando ipsum cui invidet intuetur. Secundum quod oculos suos deprimat nec ipsum delectabiliter valet intueri. Tertium signum quod sepe mens hominis in invidiam tantum amaritatur quod pro interna amaritudine dentes quidam prope strident. et membra exteriora frigescent. Item secundum remedium contra hoc est quod homo discretioris oculo dulciter penset quod prosperitas proximi sui bona sua in nullo diminuit. Et ideo sibi gaudere debet de bonis sibi divinitus concessis: nec de ipsis bonis livoris aculeo sauciari. **G**regorius. **P**rimutuo livoris est affectus interne dulcedinis. Secundo invidia se occultat sub falsa affectioe fraterne charitatis. et maxime apparet in illis qui sunt ex speciali affectu ad aliquas personas vel ad ordinem aliquem inclinati. quia moleste ferunt si alijs ordinibus aliquid commodi provenit aut honoris. At isti frequenter extenuant bonum quod relucet in personis aliorum ordinum sicut in conversatione siue in doctrina salutaris. Quod exinde contingit